



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 84. Prolixius orabat. v. 43.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

agonia factus legitur; illud utique dicitur, quod in angore tali fuerit, qui si in homine, quales nos sumus positus fuisset, animi deliquia & defectiones sustinueret. Sed quæ, oro, poterat esse causa tanti angoris? jam supra relatum est, transitum horæ, & translationem calicis, id est passionis, mortis, & fructus ex his obventuri, dispensationem, in quibus omnibus multa terribilia erant inclusa: nimis emendatio corruptissimi generis Humanæ; sanctificatio eiusdem, & consummatio ad vitam æternam.

Iesu solarium afflictorum, & pusillanimum fortitudo, per illum tuum spontaneum, in horto horrorem, assumptamque pro nobis luctam, Te supplices exoramus, ut eorum, qui corpus occidunt, metu proposito omnem peccati accessum formidemus, in ultima agonia tecum victoriam habeamus, venturumque te judicem securi videamus.

§ 84. Prolixius orabat. v. 43.

Raptus in Deum, quodammodo extra se positus in oratione, ad patrem loquebatur, non tam ut liberaretur ipse metu, quam nequid paterentur damni discipuli abeunte se, ne scandalizari obdurecerent; ne Petrus negaturus impénitens maneret; ut calix passionis fidibus suis prodesset, præteriorum veniam peccatorum obtinerent, præsentium emendationem, cautelam futurorum, manens in oratione Salvator noster, ut verus pontifex, oneratus totius mundi peccatis, ante thronum paternæ gloriae & profunda cum Humilitate, patriline reverentia & lachrymis, sèpè alias benignissimus Iesus, uti advocatus noster, pro nobis orayerat, semper exauditus erat. Nunc rogans ad horam non auditur à Patre, quia ius dicuntur mundum, ut filium suum unigenitum daret.

Ela Domine tribue mihi indies perseverare tecum in oratione, quò in Evera pace spiritus omnem adversitatem transire sinam, & quam diligenterissime ad influxum tuæ divinæ gratiæ recipiendum me præparem. Infunde mihi orationem tibi grataam, qua muniar, ne tilla tentatione vincar, sed per triumphum victoriae omnes inimicos meos despiciam.

§ 85. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis eius decurrentis in terram. v. 44.

Describit Evangelista, quid ex hac Agonia securum fuerit in Christo, nempe sudor ubertim fluens è corpore, non communis aquæ similis, sed mixtum sanguine, & in tanta copia, ut non hæceret in benedicta facie vel Corpore, sed deflueret in terram, ut eam madefaceret. Magna sane hæc angustia Christi fuit, quæ tantum excuteretur è corpore, tamque copiosum sanguine mixtum sudorem! dices mihi; unde in Christo, qui peccatum

L

non